

Lettres de Chanoine honoraire. 21

rem, ut nobis traderentur, misit, Litteris
Kebechi anno Domini millesimo sexcen-
tesimo octogesimo nono die undecima
Novembris Beato Martino sacrâ datis,
quibus quidquid nomine vestro ab eodem
Præfecto necnon ejusdem Seminarii Mo-
deratoribus pro ineunda peculiari, quæ in-
ter nos est, Apicemque & Clerum Gre-
gemque vestrum, societate precum, sacri-
ficiorum aliorumque bonorum operum
piè admodum gestum est probastis ex ani-
mo, eam esse vestram in Deum Beatum-
que Pontificem Martinum, cuius sum-
mum fidei ardorem in gentibus ad Chri-
stum convertendis feliciter æmulamini,
pietatem esse cognovimus, in nosque stu-
dium, vos ut in primis decere videatur
arctiori nobiscum & Ecclesiâ nostrâ vin-
culo conjungi, novoque, qui a majori-
bus nostris non raro tum Ecclesiæ tum
Saculi Principibus Beati hujus Francor-
um Patroni, ejusque, quod apud nos est,
sepulchri cultoribus præcipuis concedeba-
tur, honore decorari. Quapropter more
majorum nostrorum vos vestrosque in
Episcopali sede Kebechensi, eaque & aliis,
si quando, vel etiam ad Archiepiscopale,
Primatiale aut Patriarchale jus & nomen
in regione Canadensi seu n. à Franciâ
erigendis successores Episcopos in perpe-